

mirabilē coitū. Dicitur aut unio, quia nulli duo reperiuntur. Dens omnis est in candore, magnitudine, pōdere, orbe, leuore. Et in aquis omnis unio mollis est, ut coralliū exēptus, aēre protinus durefcit, & fit lapis. Verū de unionibus, & de natura istarum concharū, consule Plin. li. 9. ca. 35. Item lib. 6. ca. 28. Solim. ca. 56. Serap. li. Aggre. ca. Hager Alballo. uolumq; frig. & sicc 2. grad profum cōtra syneopen et cardiacā. spiritus cōfortāt, ualēt cōtra fluxus sanguinis, itē liēteriā, diarrhoeā. cōferūt uisui, retinēt mēses, abstergūt dētes, clarificāt sanguinē, profum melancholicis, confortant cor. Didicit & iam ars parare margaritas, ac fallere penes illam.

DE GEMMA PERCAE. Cap. XXXII.

**P**erca piscis est q̄ teutonicè dicitur, ein parß oder persick, dura carnis. Estq; duplex, scilicet, maior et minor. Maior propter colorē dicitur ein parß simpliciter, oder punter parß. Saxones uocāt ein puntelparß. Minor à Germanis propter rotūditatē corporis dicitur ein kaulparß. In huius capite bene reperiūtur gemmae, cādidissime, offeae, magnitudine seminis lini, proportione tamē piscis. Hac gēma nihil præsentiū in frāgendo calculo uesicae, propterea etiā meritò & cautè ab his qui eius uires sciūt colligitur. Eandē uim habere dicitur ex eneratū caput funduli & schmierlein / repræsentiās uultum uirginis ornatū. Sed tendamus ad reliqua.